Tentamen medicum de cantharidum historia ac usu / [William Alexander].

Contributors

Alexander, William, -1783.

Publication/Creation

Edinburgh: Balfour, Auld, & Smellie, 1769.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/jbnpm24b

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



TENTAMEN MEDICUM

DE

CANTHARIDUM HISTORIA AC USU.

QUOD,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,
Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

GULIELMI ROBERTSON, S. S. T. P. ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

Amplissimi SENATUS ACADEMICI consensu,

Et nobilissimae FACULTATIS MEDICÆ decreto,

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini subjicit

GULIELMUS ALEXANDER, BRITANNUS.

Prid. Id. Junii, hora locoque folitis.

Ex simplicitate decus.

QUINT.

EDINBURGI:

Apud BALFOUR, AULD, et SMELLIE,

Academiae Typographos.

M,DCC,LXIX

4



VIRO ILLUSTRISSIMO, SENATORI PRÆCLARO,

GEORGIO ONSLOW,

CUJUS NOMEN,

OB EXIMIA PATRIS OFFICIA,

IN CONVENTU

SENATUS BRITANNICI POPULARI OLIM PRAESIDIS INCLYTI;

NEC NON OB PLURIMA IPSIUS

REIPUBLICAE UBIQUE SEDULO PRAESTITA,

IN HONORE PERPETUO HABEBITUR;

OB MULTA BENEFICIA IN SE COLLATA,

DISSERTATIUNCULAM HANCCE,

PARVULUM ANIMI GRATI TESTIMONIUM,

GULIELMUS ALEXANDER.

DICATAM VOLUIT

SENATORI PRESENTARS.

GEORGIO ONSLOW

OREGERO

culls nons w

OBENINTA PATRIS OFFICIAL

IN SONVENTI

DENATUS BRITEAUNICI POPULERI

OLIM PRAESIDIS INCLYTI:

NEC MONOBLETINN PERSON

REPUBLICAR UNIQUE SEDVID PRABETITA

IN'HONDRE PERPETUO HABERTUNE

OB MULTS BENEFICES IN SE. COLLATA

DISSERTATIONCULAMICARCA

PARTILEM ANIMS ORATS TESTERONIUM

TIU, INV MATADEN

GULIELMUS ALEXANDER.

TENTAMEN MEDICUM

DE

CANTHARIDUM HISTORIA AC USU.

I

MNIA inter auxilia, ad morbos humani generis depellendos tentata, haud ulla frequentius quam cantharides applicata funt. At, quamvis in omnibus fere morbis stadiifque morborum adhibeantur; indicationes tamen ab auctoribus de earum usu prolatae, vel paucae, vel ambiguae sunt, et vix satis rem adeo obscuram elucidant.

A

II.

Has ob rationes, animus fert, quantumvis operi impar, pauca de cantharidibus disserere. At, priusquam hoc aggrediar, ordo requirit, uti aliquid de earum historia dicam.

III.

CANTHARIS officinarum, Meloe vesicatorius, alatus, viridissimus, nitens, antennis nigris, Linnaei, insectum est colore caeruleo vel aureo sulgens. 'In Italia et 'America Boreali cantharides dantur, 'alatae a Columno depictae, quae in fruticibus ramisque arborum versantur, tota 'nocte sulgentes, hoste quodam advenicente cito evolant, ut arbor slammis acciensa videatur *.'

^{*} Amœnitat, Acad, tom. 3. p. 331.

IV.

CANTHARIDES primo ab Hispania nobis adlatae fuerunt; et inde Muscae Hispanicae nuncupantur. Hodienum etiam non folum eo regno, sed etiam in Gallia, Italia, diversisque Germaniae locis, inveniuntur. Temporibus vernis praecipue apparent, et in populis fraxinisque habitant. Fumo aceti necantur. Recentes pice liquida redolent. In os acceptae, infipidae primum; fed postea acrimonia fua pungunt. Paucos in annos servatae. sponte in pulverem resolutae sunt. Et hoc, ex multis animalculis quae in corporibus fuis nascuntur, et quibus pascuntur, accidit. Quae etiam animalcula oculo armato plane conspicere possumus *.

sing ponne or animie just de la

^{*} Vid Newman.

4 DE CANTHARIDUM

V.

SUB primum medicinae diluculum, inter medicamenta simplicia cantharides receptae fuerunt; et Hippocrates ipse dicit, se eas ad urinae sluxum promovendum dedisse: Sed post ejus tempora multa jam secula elapsa suisse videntur, priusquam potestatem earum vesicantem homines invenerint. Archigenes enim, qui non multos annos ante Galenum floruit, primus dicitur qui hoc, memoriae prodiderit.

VI.

SED quamvis ille primus artem vesicandi cantharidum ope docuerit, ex PLI-NIO tamen, qui circiter 30 annos ante eum floruit, clare constat, quod hanc antiquiores non prorsus ignorabant. 'Ad 'vititae foliorum duabus partibus, in fole donec formicet cutis tolerandae funt; postea fovere, oleoque perungere, necessarium, iterumque illinire, idque facere caventes exulcerationem multam caventes exulcerationem multam critical circiter 20 vel 30 annos post Archigenem vixerit, licet diversis in locis de cantharidibus loquatur, nihil de earum virtutibus dixerit, cum de epispasticis tractat, haud explicari possit.

VII.

COLLARDA TON

GALENUS, qui post ARCHIGENEM sloruit, et diversas ab eo sententias citavit, sinc dubio cantharides potestatem vesicandi habere non ignoravit. An vero hoc non memoriae prodiderit, quia inutile vel nocivum saluti judicavit, in tenebris relictum est.

^{*} Plin. Histor, Natural, lib. 30. cap. 13.

donce formices cilly relevandae funt ;

(vitiliginem (inquie) or cantharidium ris-

tac foliorum duabus parribus, in fole

porch favere, olcoque perungere, nesena-

ARETAEUS CAPPADOX, qui ante GALE-NUM a quibusdam chronologis, ut alii volunt, postea vixisse dicitur, non solum more antiquorum cantharides quasi escharotica, sed etiam quasi vesicatoria, applicavit, viresque earum hunc in sinem saepius quam vetustiores tentavit *.

IX.

ORIBASIUS, post ARETAEUM proximus, de earum ad cutem vesicandam virtute locutus est. Vixit enim Romae, Juliano Imperatore. Baglivius †, in dissertatione sua de usu et abusu vesicantium, dicit, Arabes primum vires cantharidum vesicatorias detexisse: Sed, ni fallor, halluci-

^{*} Friend hiftor, med.

[†] Bagliv. de uf. et abuf- veficant.

natur; quoniam historia memoriae tradit, eas jamdudum in usu suisse antequam scientia medicinae in Arabiam translata fuerit.

uri omnibus fere Xvis accidir, lauda-

runt hanc praxin nonnulli, nonucllique

tim abbing cas applicare aufi funt. | Sed.

AB ORIBASII, ad ALEXANDRI TRAL-LIANI tempora, 170 fere anni elapsi sunt quibus nihil de cantharidibus traditum fuit. An vero ALEXANDER hanc praxin quasi a morte revocaverit, an solummodo latius exemplo suo diffuderit, historia non docet. Sed quomodocunque haecce res sese habeat, nil refert; quoniam inter omnes satis constat, modum vesicandi cantharidum auxilio magis exinde valuisse*.

Varabanius, casabacides natuream esufficiem rodere

transille, di de Sylva frivar.

[.] Le Clerc, Histoire de la Medicine.

nator; quoniam historia memorial main

eas jandadum in IX fu fuite antequant

ALIQUI, hujus auctoritate inducti, statim abhinc eas applicare ausi sunt. Sed, uti omnibus sere novis accidit, laudarunt hanc praxin nonnulli, nonnullique vituperarunt. ADOLPHUS OCCO, qui circiter annum 1560 floruit, cantharides ne in pera quidem gestari sineret, cum quendam, qui eas ita gestasset, sanguinem minxisse constaret; et non multos post annos, pars maxima medicorum eas summa cum cautela adhibuisse videtur, quippe qui aliquid veneni in iis latere crediderint. *

XII.

inam cilikga muliin

Anno 1570, pestis horribilis Venetas Pataviamque

Verulamius, cantharides naturam causticam rodentemque ab arboribus dulcioribus quibus pascuntur traxisse, dicit. Sylva sylvar. Pataviamque vastavit. HYERONI MUS MER CURIALIS, qui hanc fuse accurateque descripsit, inter omnia tentata remedia, vel ad morbum praecavendum vel depellendum, cantharides maxime conducere dicit.

XIII.

Tempus vero, quo de cantharidibus dijudicatum erat, non multo post intervenit. Anno 1590, 'Pisauri pestis e'rupit, ita ut Urbinantium dux universis
'fcholae Patavianae medicos consulen'dos censuerit, quo melius invalescenti
'malo occurreretur; sed iis inter se de
'remediorum vesicantium praesertim
'commoditate dissentientibus, HERCULES
'SAXONIA, ut sententiam suam tuere'tur, de phaenigmis, quatenus ad sebres
'pestilentes curandas pertineant, disputa'tionem edidit. Hinc tantae de ea re
'turbae coortae sunt, ut summa medicoB 'rum

'rum dissentione certaretur. Adversa'rium agmen duxit Alexander Mas'sarias, acriterque vesicantia impugna'vit, tum quod emulatione quadam duc'tus Saxoniam, utpote aetate minorem,
'non tulerit, tum quod non nisi in
'veterum vestigiis stare voluerit; quid
'autem melius ab homine sene prae'judicatisque opinionibus occupato spe'randum, qui se cum Galeno malle er'rare, quam cum recentioribus vera sen'tire, gloriatus est?'

XIV. ALL STREET

'SED omnia quae contra disputata
's funt refutavit SAXONIA, libellis tribus
'de vesicantium usu editis; et ab hoc ita'que tempore consuetudo invaluit, ut
'inter vesicantia principem locum tene'rent cantharides *.' Et hodienum etiam
apud Britannos in omnibus morbis

^{*} Friend de vesicant.

qui in hac insula saeviunt earum usum ubique fere periclitantur.

XV.

CANTHARIDUM PRAEPARATIONES.

MEDICAMENTA ex hisce insectis confecta pauca quidem sunt atque simplicia. In Pharmacopoeia, tum Londinensi cum Edinburgensi, emplastrum epispasticum exhibetur, ita ex cantharidibus aliisque compositum, ut cuti sirmiter adhaereat. In Pharmacopoeia Londinensi unguentum etiam epispasticum praescriptum est. In Edinensi quoque unguentum mitius ac fortius, quorum prius ex cantharidum extracto, posterius ex infectis ipsis, conficitur; haec unguenta, praecipue ad sluxum puris a locis per vesicatoria jam ulceratis servandum, exhibentur.

XVI.

Has praeter praeparationes, tincturam etiam cantharidum praescribunt, quae, licet in usum internum praeparari videatur, si ex spiritu vini muscisque tantum composita esset *, forsitan ad dolores rheumaticos amovendos, ac membra frigida califacienda, externe ad mota multum prodesset.

XVII.

QUAMVIS autem haecce tinctura in remedium internum saepissime assumpta sit; insecta tamen ipsa in eundem sinem a medicis quibusdam aliquando propinata suerunt; necnon et ab auctoribus egregiae samae in hanc speciem morbi

venerei

^{*} Tinct. cantharid. Pharmacop. Edinensi, balsamo Coapib. et cochinella composita est.

venerei (quae vulgo gleet dicitur) multum celebrata sunt; et, camphora admista, itidem ad ulcera in vesica urinaria detergenda multum aestimantur; multique etiam interne assumpta in diversis aliis morbis prodesse dixerunt; et hoc, si sidem tot nominibus tam claris dare possumus, haud inficiandum est.

ANALYSIS.

XVIII.

REMEDIORUM natura effectusque, si rite praescribere velimus, diligentissime observanda. De quibus igitur, quod ad cantharides, ordine dicam.

XIX.

Multi, vim stimulantem cantharidum sali alkalino caustico inesse, senserunt. Sed nulla, nisi ab igne coactae sint, principia salina edunt: Valido quidem igne

igne sal alkalinum volatile omnibus ab animalibus, animaliumque partibus, obtinetur; et sal etiam ipsissimi generis a cantharidibus tantum habere possumus.

XX. XX.

CANTHARIDES aqua coctae extractum gelatinosum praebent; idemque, si refina ab eo separata sit, iners vapidumque devenit, nec vellicandi nec stimulandi potestatem retinet.

SPIRITIBUS fermentatis maceratae, refinam acrem maleque olentem edunt; haec cuti applicata dolorem excitat, citoque in vesiculas cutem attollit. Inde ea pars cantharidum fola videtur effe quae potestate vesicandi praedita est.

XXII.

IGNE aperto distillatae, spiritum urinosum, oleum empyreumaticum, et sal
volatile, praebent, caputque mortuum relinquunt. Per hanc patet analysin, quod
acrimoniam suam viresque agendi non
a salibus volatilibus deducunt. Quinetiam sal hujusmodi copiosius multis ab
aliis rebus vesicandi potestate non praeditis impetrare possumus.

XXIII.

QUANDOQUIDEM haec analysis operationem cantharidum, rem adeo obscuram, haud multum expedire valuit; ideo, uti melius intelligatur, oculos in effectus ab iis saepissime productos convertamus.

XXIV.

Ratio operandi ab Effectibus deducta.

PRIMUS cantharidum effectus, cutem vesicare et serum a vasis subcutaneis eli-

Et hunc effectum semper producunt, si partibus sentientibus admotae sint; hic autem a viribus stimulantibus oriri videtur; ficuti idem ab omnibus stimulis observatur. Etenim aqua fervida et alia quae fortiter irritant haec vasa auctam seri quantitatem expellere cogunt. Quod, cum exitum patulum per poros non habet, cuticulam a cute vera dilacerat, et in vesiculas sublevatam exasperat.

XXV.

ALTER earum effectus, circuitum fanguinis augere; quod itidem a viribus stimulantibus oriri videtur. Sed hoc, licet plerumque, attamen non semper, a vesicantibus evenit. At vero, si stimulorum natura effectusque exploretur, vires stimulantes cantharidibus concedantur, eas motum fluidorum folidorumque plerumque augere omnino consequetur.

tudas dobeness

XXVI.

XXVI.

VESICANTIA fanguinis velocitatem semper minuere, momentumque ejus augere, nonnulli fenferunt; hoc autem, cum obstructiones stimulo suo aperiunt, reactionemque vasorum auferunt, forsitan accidit. Sed quomodo aliter fiat, haud facile explicandum est. A potestate quoque dolorem excitandi quam partibus sentientibus admota semper exercent, hoc etiam ulterius probari potest. Nam dolor, si non adeo acutus sit ut vires exhauriat, fanguinis momentum celeritatemque plerumque accelerare consuevit. Et idem fine dubio a dolore per cantharides excitato infequitur. Vesicantia quoque, partibus fenfibilioribus magis quam partibus quae minus fenfilitate gaudent, applicata fanguinis circuitum augere compertum est. Unde liquet dolorem acutum pulsusque celeritatem rationes inter se fere reciprocas habere.

C

XXVII.

XXVII.

CANTHARIDES etiam vim fanguinis cohaerentem folvere nonnulli cenfuerunt; obstructiones vasorum minimorum relinire experientia quotidiana docuit; sani hominis sanguinem liquesacere, nondum experimentis patuit. Utcunque tamen, propter acrimoniam earum et obstructiones solvendi vim, epispastica, in omnibus morbis quibus sanguis nimis a quacunque causa dilutus sit, parca manu applicare prudentia suadet.

XXVIII.

Hos praeter effectus, alii nonnunquam observantur; sed ancipites sunt, magisque a corporis habitu, rebusque contingentibus, quam a cantharidum viribus, pendere videntur.

XXIX.

match simena XXIX.

AUCTORES inter se discrepant, an aliqua cantharidum particula in sanguinem devehatur. Epispasticum capiti recenter tonso applicatum, cuticula forte abrasa, stranguriam efficit: Et vasorum tenuiorum obstructiones cantharidum tinctura persaepe resolutae sunt; inde eas vel in lymphatica vel sanguinea introire videretur. Certant etiam, an cantharides stimulo suo, an vi resolventi, obstructiones recludant. Non nostrum est tantas componere lites: Sed forsitan et vi resolventi et stimulanti agunt.

XXX.

mua et refolventia prodesse que

Indicia de Cantharidum Usu ab Effectibus deducta.

AB effectu cantharidum, seri scilicet ejectione prius memorata, non multum, ni fallor, levaminis exspectandum est. Nam clare

clare constat, omnia evacuantia datam suidorum nostrorum quantitatem tantummodo emittere posse, nec partem relictam in melius attemperandi aliquam potestatem habere; unde insequitur, si cuncti corporis humores morbo mutati sint, evacuantia, quatenus evacuantia, haud multum adjuvare.

XXXI.

AT si obstructio in aliquam corporis partem inciderit, vesicantia parti quam proxime applicata, praecipue si vasa partis affectae sero viscido infarciantur quassi evacuantia et resolventia prodesse que unt.

XXXII.

St attente vires in vesicando atque circulationem augendo quas habent vesicatoria inspiciamus, aliqua exinde utilissima de eorum usu indicia exhaurire possumus. mus. Nam quibus in morbis torporem, pulsusque debilitatem, totius vel alicujus corporis partis hebitudinem, invenimus, haec symptomata plane vesicantia indicant. At inter torporem pulsusque debilitatem quae ex natura exhausta, et ex visciditate fluidorum, partiumque hebitudine, oriatur, caute discriminandum est; sub priore vesicantia fugienda, posteriore vero applicanda funt.

XXXIII.

AT PRACTICOS inter aliquos, cum vires deficiunt, et natura exhausta jam morbo cedere incipit, uti reviviscat per vesicantia nonnunquam elaboratum est. Sed parum exinde levaminis adhuc vidimus. Nam cum aeger morbo fuccumbit, viresque prosternuntur, pulsusque arteriarum haud explorare possumus, quid faciant vesicantia? Nihil prorsus, nisi quod animal moribundum stimulis suis excitent,

22 DE CANTHARIDUM

tent, adstantesque incautos fallant. Per hosce conatus aeger debilior potius quam validior semper evadit, et resocillantibus magis quam stimulantibus natura jam fracta indiget.

A cantharidum stimulo et circulationis augendae potestate patet, in omnibus morbis ubicunque sanguinis celeritas momentumque nimis augetur, vesicantibus interdici. Sed huic regulae diversae occurrunt exceptiones.

XXXV.

VESICANTIA nunquam celeritatem, femper momentum, sanguinis augere nonnulli senserunt; at, quatenus observationibus edoctus sum, saepissime utrumque augent. Lateri dolenti quidem in peripneumonia pleuritideque applica-

ta, non nisi momentum augent. Sed etiam in hisce morbis, paucis horis post earum applicationem elapsis, circulatio febrisque accenditur; postea vero minuitur.

XXXVI.

SI sanguinis motus, a stimulo generali per totum corpus disseminato, nimis augetur, vesicantia penitus prohibentur; sin a stimulo particulari, indicantur.

XXXVII.

INDICATIONES vesicantia spectantes, in febribus delirio stipatis, a stimulo quoque cantharidum deducendae sunt. Nam deliria saepe a causis multifariis et adversis oriri videntur, e. g. delirium, quo aeger in febribus inslammatoriis corripitur, sedes in membranis cerebri inslammatis habere censetur: In febribus autem lentis nervosisque ab earundem partium

24 DE CANTHARIDUM

tium obstructionibus pendere existima-

XXXVIII.

Deliria itaque in duas species omnino dividi possunt: Harum prima Furiosa
vocetur, qua aeger, quasi convulsionibus correptus, luctatur, exclamat, indomitorumque more sese gestat. Delirium,
huic vicinum, frequentius a nimia vini
ingurgitatione inductum est; et procul
dubio a circulatione per vasa cerebri nimis aucta nervorumque irritatione illius
oritur: Sin autem delirium utrumque
symptomatibus suis ita consentiat, nonne insequatur utrumque etiam causam
eandem agnoscere.

seger in februs.XIXX mater in

SECUNDA etiam species Debilis appelletur, qua aeger potius gravedine oppressus

pressus, ac stupore correptus, quam animo concitatus videtur. Sub prima specie laborantibus, vesicantia nociva esse putantur, ut quae sanguinis circuitum jam nimis rapidum augerent, stimulum partibus jam nimis incensis infigerent, nervosque jam nimis distensos lacesserent.

Tom audimmo ni XL.

Sub specie secunda, eorum utilitatem et theoria et experientia monstrat; quoniam aegrum a statu torpido persaepe excitant, momentumque sanguinis, plerumque sub hoc stadio nimis debile, augent.

XLI.

Hoc quoque commodum a cantharidum viribus stimulatricibus habetur, nempe quod animum a stimulo partem fenfibiliorem, ad stimulum fortiorem partem minus sensibilem afficientem, dedu-

-cut on cunt:

26 DE CANTHARIDUM

cunt: Sed omnibus stimulis proprium est; et nonnunquam, eum in sinem, stimulum fortiorem quam cantharides suppeditant, necessario usurpare coacti sumus.

XLII.

Ex hisce pateret, quod in omnibus morbis, insensilitate ac torpore stipatis, versicantia, si partibus sensibilioribus applicata sunt, optime votis responderent. Nam talibus in morbis vi stimulante maxime forsitan agunt: Porro etiam, quod potestate ad obstructiones topicas solvendas praedita sunt, experientia clare constat. Hae autem obstructiones, si ab humorum algore aut lentore viscido na scuntur, feliciter hac ratione persaepe sanantur.

XLIII.

Quod autem ad obstructiones topicas tractandas pertinet, hoc praecipue suaderemus, deremus, uti omnibus in morbis, quibus per diathesin sanguinis inslammatoriam, aut totius corporis irritabilitatem, non vetantur, vesicantia applicentur: At vero in glandularum tumoribus, et iis qui jam ad suppurationem vergunt, haudquaquam adhibeantur.

XLIV.

enes quayis de caula fero

INTERDUM occurrunt morbi, quibus et diathesis inslammatoria et sanguinis momentum multum ingravescit, dum interea partium obstructiones, quas vest-cantibus amovere optamus, adhuc supersunt: In hisce vero, summo opus est judicio consilioque; et quatenus aegri saluti conveniat, sebrem ad obstructiones solvendas accendere, medicum sedulo secum perpendere oportebit.

XLV.

HACTENUS non nisi monita ac praecepta generalia ad usum vesicantium proponere ponere conatus sum. Nunc particularia quaedam, ab experientia propria auctoribusque deducta, aggredior.

XLVI.

Morbi speciales in quibus Vesicantia indicari videntur.

Dum pulmones quavis de causa sero viscido infarciuntur, aegerque exinde anhelatione corripitur, multum vesicantia prosunt. In pleuritide quoque loco dolenti, post debitas evacuationes, applicata, maxime valent, et tuto citoque obstructiones absolvunt, doloremque sublevant.

XLVII.

In rheumatismo chronico, nec non in dolore ischiadico, multum laudantur vesicantia partibus affectis admovenda. An vero causa rheumatica vi resolventi cantharidum, an stimulo motuve oscillatorio

latorio aucto, tollatur, adhuc in tenebris latet, et forsitan latebit.

In epileplia q.HIVIX nulti velicaroria capiti applicace funtere, multique potius

In affectibus paralyticis, vesicatoria ex cantharidibus confecta, impedimenta viscida glutinosa, vi resolventi stimulantique attenuant, motumque languentem exsuscitant: Sin aeger, jam morbo exhaustus, sensusque vitalis jam prope extinctus sit; tum demum vesicantia frustra applicantur; nec stimulant nec vesiculas nunc attollunt.

a locis blocratis pexilixoi decurfum hoc

Sed de hac re nihil ex

exambematum applicentur, et feri fluxus

In hac specie apoplexiae, quae a lenta sluidorum spissitudine oritur, nullum magis adsert levamen remedium: Sin oritur morbus a vasculis encephali sanguine distentis, nullum magis nocivum medicamentum videtur.

modo icrygiun.

latorio aucho tollatur, adhuc in tene-

In epilepsia quoque multi vesicatoria capiti applicare suasere; multique potius fonticulos laudavere, eosque epispasticis antecellere judicarunt.

tique attenuant, all maque languentem

viscida glutinola, vi resolventi trimulan-

exidentantes Sinceper, jam morbo exhan-

VESICATORIA ad variolas sublevandas olim multum usurpata suerunt; et nuperrime, quidam medicus admonuit ut ea cruribus brachiisque ante eruptionem exanthematum applicentur, et seri sluxus a locis ulceratis per morbi decursum hoc modo servetur. Sed de hac re nihil ex proprio penu proferre possumus.

magis after levan III remedium Sin ori-

Raidorum spissitudine oritar, hallum

morbus a vafculis encephali finenine

In asthmate, sive quidem bronchia veleorum glandulae onerentur, sive pulmones oedematosi fiant, sive a viscida indole sanguinis, fanguinis, vel nervorum ipforum affectione, oriatur morbus, optime valent vesicantia.

LIII.

In morbo melancholico, cum fluida spissa et glutinosa evadunt, et vasorum actio languet, nec non in mania sine sebre, interdum attentionem animi quasi revocant, vires desidiosas excitant, circulationem, secretionesque exinde ejectas, augent promoventque.

LIV.

SYMPTOMATA febrilia in quibus vesicantia indicantur hoc opusculo haud omnia enumerare possumus; sed ea praecipue in comate, delirio depresso, anxietate, desidiaque solidorum sluidorumve, scopum attingere videntur: Haec vero a causis admodum diversis oriuntur, variisque aliis symptomatibus conjunguntur; non temere temere itaque eis ubique credendum; at, quoties pulsu debili parvoque a sluidorum spissitudine nervorumve insensibilitate comitata sunt, prosunt vesicantia.

LV.

PERLONGUM et difficile esset, omnes alios ordine recitare morbos, in quibus vesicantia ab auctoribus laudantur; et multa adhuc non essata de earum virtutibus restant: At qui plura addiscere voluit, dissertationem a Doct. Percival nuper editam inspiciat, qua fusius eleganterque hanc rem tractavit, et multo cum labore sententias variorum auctorum collegit.

FINIS.

piam activitete videntur: Hace vero a cau-

ris a land lum divertis or matter, warmingue

alita lymptomatibus conjunguator; mon

315(120)

connicentumerare pollumiss; fed en praeci-

defidiaque folidorum fluidorumve,

STRETONATA Librilla in quibos ven-